

1460 September 1, Siena.

Nr. 6326

Pius II. an Nikolaus Pomberger, Chorberrn <zu Innichen>.¹⁾ Er verleiht ihm vorläufig bis zur Ankunft des päpstlichen Kommissars die Vollmacht zur Gewährung der Seelsorge im Bistum Brixen an geeignete Priester, die ihn aufsuchen. Pomberger solle sich streng an die päpstlichen Vorgaben halten.

*Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, StB, Cod. Cus. 221 p. 145. Über dem Text: Dilecto filio Nicolao Pomperger, canonico Brixinensi, missum per Jacobum.
Erw.: Jäger, Streit II 151.*

Pius papa ii.

Dilecte fili. Salutem et apostolicam benedictionem. Nuper ad nos administracionem in spiritualibus et temporalibus Brixinensis ecclesie advocabimus illamque venerabili fratri archiepiscopo Salzburgensi committentes animarum curam revocabimus, sicud in copiis introclusis, quas vim originalia bullarum habere volumus, plenius continetur.²⁾ Verum quia posset accidere, quia commissarius ille noster ad , vallem Pustriassam venire tardaret et denuo nobis obedientibus curam committere, volentes animarum saluti providere, tue circumspetionis, de qua bene informati fiduciam in domino gerimus, harum serie usque ad dicti commissarii adventum eandem auctoritatem in animarum cura committenda prestamus, quam in ipsis copiis perspicis, dicto commissario attributam, mandantes tibi, ut et Brixine et circumqua- que hanc tibi a nobis traditam facultatem cum copiis predictis cunctis sacerdotibus insinues, ut sciant, 10 quod pro habenda animarum cura te possint accedere, quodque a te absque omni solucione si modo ydonei et capaces fuerint, ipsam assequentur secundum formam a nobis traditam et dictis copiis insertam, quam stricte cures observare. Nam si ipsam excederes, ut nosci(s), irritum foret et inane, et quicquid tu ipse faceres et item quicquid tue concessionis pretextu ceteri facere presumarent. Datum Senis sub annulo piscatoris die ii septembbris m^o cccc^o lx^o pontificatus nostri anno 2^o. 15

¹⁾ Zu ihm vgl. oben Nr. 4418 Z. 100 (*Apparat*). Er ist erst seit 1463 als Brixner Domherr bezeugt. Seit 1448 war er Chorberr zu Innichen. Er war also kein „mit dem Kardinal nach Brixen gekommene(r) Ausländer“ (so Jäger, Streit II 151). Am 5. August 1460 erhielt er eine Dispens zur Absolution von einer allgemeinen Exkommunikation; s. Schmugge, RPG IV 241 Nr. 3353.

²⁾ S.o. Nr. 6293f. (1460 August 15).